



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Monath October Anno 1645. biß in den Monath Martium Ann. 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103106

N.IV. Eorundem Schreiben an die Spanische Gesandten in eadem causa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51672)

1646. N. III. 1646.
 Januar. Schreiben der Evangelischen an die Französische Gesandten, des Kayserlichen und Reichs Cammer-Gerichts Beschwerde gegen die Kriegs-Pressuren betreffend. Januar.

N. III. Serenissimi & Potentissimi Principis ac Domini, Domini LUDOVICI
 Schreiben der Decimi Quarti, Galliae & Navarrae Regis Christianissimi Legati eximii, Cel-
 Evangelischen an die Fran- sissime Princeps, Illustrissimi Comites, Domine & amici etiam atque etiam
 söstische Ge- suspiciendi.
 sandten.

Immitis Bellona a multo jam tempore diris calamitatibus immerfit Spi-
 ram Nemetum, sedem ac domicilium Dicasterii Imperialis: & certo nobis
 innotuit iam iam exitium imminere, nisi propediem praesidiis militaribus
 erepta fuerit. Cum igitur totius Imperii magnopere interfit, praclarum
 illud iustitiae domicilium omnibus belli oneribus prorsus sublevari, & Chri-
 stianissimi Regis encomium omnino sit futurum illustrius, si iustitiae sacra
 ipsius beneficio in tuto collocata fuerint; idcirco nos tenet spes prorsus in-
 dubia iustitiae in Imperio administrationem Christianissimi Regis auspiciis
 nequaquam impeditum iri. Spirenses iustitiae sacerdotes & ministri totius
 Imperii impendiis officio suo funguntur, quo circa omnes promiscue Im-
 perii Status obstricti sunt communes Ministros in tuto ponere, nec Status
 nec subditi Imperii, qui Spira rerum suarum satagunt, tabellarios mittere
 sive iustitiae acta perferre & referre poterunt, nisi locus ille omni omnino
 milite propediem sublevabitur: Luculentam igitur & Christianissimus Rex
 & Celsitudo vestra, vestraque Excellentiae ab omnibus Imperii Statibus gra-
 tiam iniverint, si Spira Nemetum milite amoto in pristinam libertatem re-
 stitueretur. A Caesarea Majestate nos aequae impetraturos confidimus, ut
 Spira Nemetum Caesarei quoque praesidii sit expertus futura. Vangionum
 item civitas Mavortii quassata malis magnam partem ad internecionem us-
 que exinanita est: si igitur Celsitudo vestra vestrae Excellentiae miseris civi-
 um reliquis quicquam opis afferre possent, id ut velint impendere, exti-
 mis precamur sensibus.

Osnabr. 23. Jan.
 Anno 1646.

Vestrae Celsitudinis Vestrarumque
 Excellentiarum

observantissimi

Evangelicorum Principum ac
 Statuum Imperii Legati.

Ad Ducem Longuevillanum
 & Galliae Legatos.

N. IV.

Der Evangelischen Stände Schreiben an die Spanische Gesandten, des
 Kayserlichen und Reichs Cammer-Gerichts Sicherheit
 betreffend.

N. IV. Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini, Domini PHILIPPI
 Eorundem Quarti, Catholici Hispaniarum Regis, Illustrissimi & Excellentissimi Legati,
 Schreiben an die Spanische Domini ac amici plurimum observandi.
 Gesandten.

Quid commemoremus, totius Imperii etiam atque etiam interest, ut
 Spira Nemetum bellorum liberata malis undequaque sit in tuto! Interpel-
 lavimus eo nomine Christianissimi Francorum Regis Legatos & certa spe
 ducimur, Gallum militem propediem abductum iri, si certo constiterit, Spi-
 ram a vicino Hispano milite aequae immunem fore. Cum igitur Nemetum
 Urbs

1646. Urbs Imperialis Justitiæ sit domicilium, cum omnes ad unum, qui illic iustitia defervunt, totius Imperii sint Ministri; Imperii Status una operam impendere æquum est, ne Justitiæ Sacra bellorum miseriis prostituantur. Quocirca non possumus non confidere, Catholicum Regem militem suum ita libenter cohibiturum, ne Spira Nemetum quicquam inde detrimenti accipiat, neve finitima loca irruptionibus reddantur infesta. Excellentias igitur Vestras magnopere rogamus, ut Spirensis libertatis velint satagere, ac adeo coniti, ne habeat Spira Nemetum, quod sibi ab Hispano milite metuat.

Osnabr. 23. Jan.
An. 1646.

Excellentiarum Vestrarum

observantissimi,

Evangelicorum Principum &
Statuum Imperii Legati.

Ad Legatos Hispanos.

N. V.

Diæt. Osnabr. 25. Febr.
Anno 1646.

Der Spanischen Gesandten Antwort, wegen des Cammer-Gerichts Sicherheit.

N. V. Illustrissimorum & Celsissimorum S. R. I. Principum & Ordinum, Augustanæ Confessionis, Illustres Nobiles & Magnifici Domini Legati.

N. V.
Der Spani-
schen Gesand-
ten Antwort
schreiben.

Satis omnibus notum est, liberationem Civitatis Spirensis non minus a Rege Hispaniarum, Clementissimo Domino nostro, desiderari debere, quam ab aliis Sacri Romani Imperii Principibus, cum in ea Assessorum collocandi ius habeat, aliisque fruatur privilegiis ac autoritatibus, quæ circa Spirensis Cameram versantur. Et ideo ante quam hostilia Regis Christianissimi arma hanc Imperialis Justitiæ sedem invasissent & occupassent, nunquam illa de Hispanicorum Præsidiorum vicinia conquesta est; quin ab eis omne auxilii & amicitiae genus experta, qualiter rursus experiretur, si, ut suis gratisimis ad Nos literis, Osnabrugæ die nono Februarii datis, hujus anni 1646. Illustres Nobiles, ac Magnificæ Dominationes vestræ spem faciunt, a prædicta Civitate Spirensi Gallicus miles, sit decessurus, nulla ex parte nostra officia intermissuri, quibus publica quies in Germania undequaque restituatur, ad quam semper non votis solum sed omnibus conatibus adspiravimus; scribemusque ad Excellentissimum Dominum Marchionem a Castel Rodrigo, a quo Præsidia Palatinatus Inferioris dependent, ut omnem operam adhibere velit, ne quantulacunque tam amicæ nobisque conjunctæ Civitati conquerendi ansa præbeatur, & in quavis alia occasione sincere contestabimur, quam ex animo sumus

Monast. Westphal. 28.
Febr. Anno 1646.

Illustrium Nobilium Magnificarum Dominationum Vestrarum,

officiosissimi

Legati cum plena potestate Regis Hispaniæ.

§. III.